Bunn. G 27

J. Friglandius

1 st

Eruditissimo & Clarissimo viro
D. P. Burmanno, Cognato suo,
J. Triglandius S.

ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Multum tibi debeo qui non modo optimae spei juvenem sed & cum eo humanissimas literas ad me nuper misisti, testes prolixae tuae voluntatis, quam merito facio maximi non solum propter affinitatis vinculum quo ab aliquo tempore fuimus conjuncti, verum multo magis ob ingenium & singularem doctrinam tuam ~~doctrinam~~ quibus plures tibi amicos concilias, et mihi dudum fuisti dignus amari, pro me itaque non stabit ut noster amor augeatur indies & omni officiorum genere excolatur. Amplectar itaque quem commendas optimum juvenem foveboque quantum dabitur, cum quia hoc tibi gratum accidet cujus ex disciplina venit tum quia pietate industria & virtutis hoc redditur meritus. Destinatur sic modo ut me libere adeat; Collegio antiquitatum Hebraicar. interesse erit & Disputantium credo. quod propositum meditabitur & aliquod Scripturae κεφάλαιον jam habet a me de quo pro concione disserere. Destinaveram tibi mittere aliquas academicas dissertationes quibus M. Meibomii nuperas emendationes Textus S. ad incudem revoco, sed quia jam occasio deest, & pauca tantum restant fiet id suo tempore commodius. non refugi tamen qualemcunque laborem ut ita satisfacerem aliqua ratione sollicitudini eorum qui intendebant ne hinc laborarent S. Codicis autoribus, Eos querelas nostra Synodus de eo libro detulerat ad Celsiss. Ordines, rogans per Deputt. ut dignentur publice ejus lectionem interdicere populo distractionem Bibliopolarum diligentiorum cum unus, videbam quam hoc aegre posse impetrari & si impetraretur quam nullo cum fructu. Consultius itaque visum insistere viam ἐπιχειρήματος structum ostendere, quam apud proceres flere ne fiat multis fide. Vale & redama

TEX 15a
Burm. Q. 27.

Celeberrimo & Doctiſſimo, Viro,

D. Petro Burmanno.
J: V. D. et Hiſtoriarum atque
Eloquentiæ & Politices
In Academia Ultrajectina
Profeſſori digniſſimo

Ultrajectum.